Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



qm omne debitum dimisi tibi quo
rogasti me. Nonne g oportuit &
te misereri conserui tui sicut & ego tui
misericors fui. Et iratus dominus
eius tradidit eum tortoribus q ad
usq; redderet universum debitum. Sic
& pr nr celestis faciet vobis si non
remiseritis unusquisq; fri suo de cordi
bus vestris. Capitulum. xviij.

Et factum est cum consummasset
ihesus sermones istos. mi
gravit a galilea. & venit
in fines iudee trans iordanem. & secuti
sunt eum turbe multe. & curavit
eos ibi. Et accesserunt ad eum pha
risei tentantes eum. & dicentes.
Si licet homini dimittere uxorem suam
ex quacumq; causa. Qui respondens ait eis.
Non legistis. quia qui fecit hominem
ab initio masculum & feminam fe
cit eos. & dixit. Propter hoc dimittet
homo patrem & matrem. & adhebit
uxori suae. & erunt duo in carne u
na. Itaq; non sunt duo. sed una ca
ro. Quod g deus coniunxit. homo non separet.
Dicunt illi. Quid g moyses man
davit nobis dare libellum repu
dii & dimittere. Ait illis. Quoniam mo
yses ad duritiam cordis vestri. permisit
vobis dimittere uxores vestras. Ab
initio autem non sic fuit. Dico autem
vobis. quia quicumq; dimiserit uxo
rem suam nisi ob causam fornicationis.
& aliam duxerit. mechatur. & qui
dimissam duxerit. mechatur. Dicunt
ei discipuli eius. Si ita est causa
hominis cum uxore non expedit
nubere. Qui dixit. Non omnes ca
piunt verbum istud sed quibus datum
est. Sunt enim eunuchi qui de ma
tris utero sic nati sunt. & sunt eu
nuchi qui facti sunt ab hominibus. & sunt
eunuchi qui se castraverunt propter regnum
celorum. Qui potest capere capiat. De
oblati sunt et pueruli. ut manus
eis imponeret. & oraret. Discipuli
autem eius increpabant eos. Ihesus
autem ait illis. Sinite pueros. & no
lite eos prohibere venire ad me. talium
enim est enim regnum celorum. Et cum im
posuisset eis manus. abiit inde.
Et ecce unus accedens. ait illi. Ma
gister bone. quid boni faciam. ut
habeam vitam eternam. Qui dixit ei.
Quid me interrogas de bono. Unus
est bonus deus. Si autem vis adin
tam ingredi. serva mandata. Dicit
illi. Que. Ihesus autem dixit. Non ho
micidium facies. non adulterabis. non
furtum facies. non falsum testi
monium dices. Honora patrem tuum
& matrem tuam. & diliges proximum
tuum sicut te ipsum. Dicit illi adole
scens. Omnia hec custodivi a iu
ventute mea. Quid adhuc mihi de
est. Ait illi ihesus. Si vis perfectus
esse. vade & vende omnia que habes.
& da pauperibus. & habebis thesaurum in
celo. & veni sequere me. Cum audisset
autem hoc adolescens. abiit tristis. Erat
enim habens multas possessiones. Ihe
sus autem dixit discipulis suis. Amen
dico vobis. quia divites difficile in
trabit in regnum celorum. Et rursum dico
vobis. facilius est camelum per fora
men acus transire. quam divitem in
trare in regnum celorum. Audientes autem
hoc discipuli mirabantur valde
dicentes. Quis g potest salvus esse.
Aspiciens autem ihesus. dixit illis.
Apud homines hoc impossibile est.
apud deum autem omnia possibilia sunt.